

## KLAUSUR IN LATEINISCH

**Blatt 1**

### Die Ungerechtigkeiten im alten Rom

Augustinus von Hippo (354-430 n.Chr.), einer der wichtigsten Kirchenlehrer der Spätantike legt in einer seiner Schriften seine Idee vom Gottesstaat dar, der zum irdischen Staat in einem bleibenden Gegensatz stehe. Dabei geht er auch auf das Imperium Romanum ein und kommt auf die Rechtmäßigkeit des Raubes der Sabinerinnen zu sprechen:

An forte populo Romano propterea leges non sunt a numinibus constitutae,  
2 quia, sicut Sallustius ait, „*ius bonumque apud eos non legibus magis quam  
natura valebat?*“ Ex hoc iure ac bono credo raptas Sabinas. Quid enim  
4 iustius et melius quam filias alienas fraude spectaculi inductas non a  
parentibus accipi, sed vi, ut quisque poterat, auferri? Nam si inique facerent  
6 Sabini negare postulatas, quanto fuit iniquius rapere non datas! Iustius  
autem bellum cum ea gente geri potuit, quae filias suas ad matrimonium  
8 conregionalibus et confinalibus suis negasset petitas, quam cum ea, quae  
repetebat ablatas. Illud ergo potius fieret; ibi Mars filium suum pugnantem  
10 iuvaret, ut coniugiorum negatorum armis ulcisceretur iniuriam et eo modo  
ad feminas, quas voluerat, perveniret. Aliquo enim fortasse iure belli iniuste  
12 negatas iuste victor auferret; nullo autem iure pacis non datas rapuit et  
iniustum bellum cum earum parentibus iuste suscendentibus gessit. Hoc  
14 sane utilius feliciusque successit, quod, etsi ad memoriam fraudis illius  
circensium spectaculum mansit, facinoris tamen in illa civitate et imperio  
16 non placuit exemplum, faciliusque Romani in hoc erraverunt, ut post illam  
iniquitatem deum sibi Romulum consecrarent, quam ut in feminis rapiendis  
18 factum eius imitandum lege ulla vel more permitterent. (192 Wörter)

# CERTAMEN CAROLINUM 2018

---

## KLAUSUR IN LATEINISCH

***Blatt 2***

<i>Zeile</i>	
1	<b>an:</b> oder
2	<b>Sallustius:</b> <i>Gaius Sallustius Crispus (86-34 v.Chr.): römischer Geschichtsschreiber</i>
	<b>eos</b> = Romanos
3	<b>Sabinae, -arum f.:</b> die Sabinerinnen
4	<b>iustius et melius:</b> ergänzen <i>Sie</i> : esset
5-12	<i>Übersetzen Sie den Konjunktiv Imperfekt im Hauptsatz als Irrealis der Vergangenheit.</i>
7	<b>potuit</b> = potuisset
8	<b>conregionales, -ium m.Pl.:</b> Gebietsnachbarn; <b>confinales, -ium m.Pl.:</b> Grenznachbarn
9	<b>potius (Adv.):</b> würdiger, würdevoller
13	<b>suscensere, -eo, -ui, -urus:</b> zornentbrannt sein, zürnen
14	<b>succedere, -cedo, -cessi, -cessum:</b> erfolgen
17	<b>deum consecrare, -o, -vi, -tum:</b> zur Gottheit erheben